



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

5. Firma præfatæ difficultatis solutio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

hilum, seu medium de se indifferens, & solum ab extrinseco efficax vnicè à decreto regulato per scientiam medium pendere, & vnicè de facto apponi, cum quo coniuncto non solum potentia absoluta, & de facto non est omittendi, sed est ad omissionem cum eo coniuncto repugnantem, & impossibilem, antecedens absolute, & de facto impotentia, & impossibilitas: ac proinde solum admittunt conditionatum, necdum absolutum, decretum, quod esset, si voluntas omitteret ex alia scientia regulatum, quo auxilium, seu medium illud absolute poneretur: & cum quo esset absoluta omittendi potestas, quæ planè cum coniuncto auxilij, vnicè ex decreto per scientiam medium de facto regulato absolute positi, non est. Confirmatur vrgentissimè in schola nostra Thomistica Iesiana (in qua disputamus) cuius argumenta omnia enumerantur, si potestas libera absolute, & proximè talis sufficienter constituitur ex potestate absoluta ad vnum tantum extremum, & potestate conditionata ad aliud, si hoc aliud seu casu, quo hoc aliud adesset, etiam de facto, & absolute non sit: quia, inquit, cum adesset decretum prædeterminatiuum, & prædeterminatio ad actum, si tamen omitteret ex non adesset, sed quod agendum ex parte Dei esset, vt omitteret. Et contra cum absolute his solum ex parte Dei positi omittit, esset tamen, si non omitteret voluntas, sed ageret, decretum prædeterminatiuum, & prædeterminatio ad actum, tamen in potestate voluntatis nostre non sit, quæ à Deo sunt de facto impedire, ne fiat, nec quæ à Deo tunc essent asserere: stareque conditionalis illius Recentiorum veritas, cuius sola veritatem libertatem, & Dei, & nostri in exercitio libertatis circa actus saluari arbitrantur. Quid ergo Recentiores Thomistæ Dominicanos à libertatis euestione, & negatione, ac impossibilitatis auxilij sufficientis impugnant illi Recentiores: quibus, vt se protegent, atque se ipsos tela retorquant, æreum adco principio suo expugnamini.

CERTAMEN V.

Firma præfate difficultatis solutio.

SOLIDA ergo præfate difficultatis solutio, facilis quidem, si doctrina nostra scientiæ mediæ medullis penetratur atque exenteretur, se prodit. Explicui autem nom. I. de Deo vno controu. 2. de scientia, & hic controu. de voluntate d. 6. quæst. 2. penitus soletis, scientiæ mediæ naturam quantum ad difficultates eorum locorum proprias, opus erat, atque opportunum: ex quibus illud ad præsentem difficultatem memorandum est. Connexionem, scilicet, scientiæ mediæ, quasi physicam, intrinsecam, & propriam, etiam cum condicio purificata, atque absolute posita est, ac proinde, & coniuncti ex scientia mediæ, & conditionis purificatiæ constati cum obiecto scientiæ mediæ tantummodo esse: sicuti, & cuiusvis scientiæ de re quapiam, pro quocunque statu per illam representato, connexio intrinseca cum re illa pro eo solum statu, pro quo illam representat est, etique solummodo potest: etiam si illi extrinsecus, quicquid velis adiungatur: siquidem nihil alicui rei extrinsecus adueniens, & adiunctum potest intrinsecam cum alio connexionem, quam de se res non habebat asfigere, & asserere. Sicuti nec potest naturam, & essentiam rei mutare, quod ei extrinsecus solum adiunctum est: immò nec res ipsa eadem in natura, & essentia sua manere, si alicuius adiuncti extrinseci, vel etiam intrinseci: accessu intrinseco eius naturæ diceretur: de eadem enim natura secundum entitatem, & essentiam suam connexionem habere, ac simul non habere cum alio manifestam contradictionem inuoluit: verum quidem est; rem de se cum aliquo intrinsece naturæ, & entitatis sui non connexionem per aliquid intrin-

Christoph. de Ortega, de Dei Vno, Tomus II.

secè inherens, vel etiam extrinsecus adiunctum, ad vnum determinate agi & adigi, posse actiue, vel impeditiue: vt physica prædeterminatione à Deo immixta voluntati, vel decreto prædeterminatiuo, aut præfinitione actus contrarij, vel de omissione illius extrinsecus assilente voluntati fiet voluntatis, quamvis intrinsecus & natura sua indifferenti, & inconnexa, vel actus vel eius omisso necessaria, & extremum alterutrum impossibile: quare in coniuncto ex voluntate, & adiuncto erit alterius extremi physica & antecedens necessitas, & impotentia, seu impossibilitas antecedens physicè extrema aduersi.

2. Sed tamen opus ad id est vt physica necessitas determinatio, & connexio cum extremo altero, ac subinde alterius oppositi impotentia absoluta, physicaque, & antecedens impossibilitas, & impossibilitas coniuncti huius cum extremo aduerso tota ab adiuncto voluntati, seu rei de se inconnexa cum extremo altero, atque cum alterutro componibili toti illi coniuncto afferatur, quia voluntas, seu res de se indifferens ad vtrumvis, & inconnexa cum altero extremo aliquid de suo ad antecedentem necessitatem, & connexionem coniuncti illius cum extremo vno, & impotentiam, seu impossibilitatem cum altero aduerso conferat de suo, sed ab adiuncto extrinseco, siue ipsi indito, siue assilente, cum quo coniunctum illud cum altero extremo antecederet connexionem, & cum aduerso pugnantem constituit, solummodo patitur. Notum & exemplis adductis physica prædeterminationis, & decreti prædeterminatiui, seu præfinitionis actus, vel omissionis determinatæ componentis, seu constantis coniunctum voluntatis, & prædeterminationis, seu decreti, aut præfinitionis alterius extremi ex oppositis, in quo absoluta, & antecedens necessitas extremi vnius, & impotentia, ac impossibilitas extremi aduersi tota, penes physicam prædeterminationem, decretum prædeterminatiuum, seu præfinitionem vnius extremi, ipsique intrinseca, & essentialis est, totaque ab eis coniuncto illi afferatur: quia ad eam antecedentem necessitatem coniuncti illius ad vnum extremum, & connexionem, atque impotentiam ad oppositum, & cum ipso impossibilitatem aliquid de suo partialiter adhuc, ex parte sua, reliquum quod de se in coniuncto illo indifferens est, adducat, & conferat. Si enim physica prædeterminatio, vel decretum, aut præfinitio alterius extremi, cum quibus voluntas coniunctum illud natura ad extremum illud antecedens constet, connexa cum extremo illo natura, & essentia sua non essent, & cum opposito extremo inconnexa, in coniuncto illo, nec esset antecedens necessitas ad illud, nec ad oppositum antecedens impotentia, & impossibilitas. Ex terminis item ipsis euidens hoc ipsum notatum est: quia cum coniunctum quodvis nihil aliud sit, aut contineat, quam partes, quibus constat, si partes eius omnes indifferentes in se ad vtrumque extremum sunt, nullaque earum cum altero extremo antecederet connexa, & cum opposito inconnexa, coniunctum totum indifferens physicè ad vtrumvis erit, nec ad alterum necessitatem antecedentem, ad alterum vero oppositum impotentiam, & impossibilitatem physicè, & realiter continebit. Maxime in præfinita materia, in qua vim motumque medij indifferents, nec adiuvat scientia mediæ, nec immutat, sed omnino se impertinenter habet ad ipsam, vt dicebam controuersia de voluntate d. 6. quæstione 2. Siquidem medium illud indifferens, & quauis alia scientia conferretur, eadem vi, & modo ad actum moueret.

3. Ex his porro notatis duobus certis, & euidensibus duo ad rem præsentem, euidenter etiam inferuntur. Primum scientiam mediæque (quæ vtpote decreti vnicè electiui, & collatiui directiua) absolute medij de se indifferents, solumque ab extrinsecus efficax ad actum creatum, seu euentum contingentem pro natura prioris ad actum seu præcedit conditionis purificatione seu (quod idem est) medij illius absoluta positione, intrinsecus, & natura sua absolute cum absolute futuro contingentem actu vel euentu physicè non connecti, cum quo ante purificationem conditionis seu medij illius absolutam positionem non connectebatur, sed solum cum eo, vt conditionate futuro, sed quod

scientiam mediam de illo, ac demum mediatus, sed non merito, ut diximus tom. 1. de Deo vno controu. 2. de scientia, & controu. 3. de decreto concurrenti cum causis liberis creatis, decretum medijs illius collatum. Totum ergo coniunctum quod prius natura absolutum effectum contingentem antecessit, ab eiusdem absoluta contingentia, si ac libera positione in sui existentia pendet: sed mediatur ratione dependentiæ immediatæ futuritionis conditionata, quæ ad scientiam mediam, & reliqua coniuncti subsequenter supponitur: quare & ab vltimo exercitio libero causæ in effectus contingentis absolutæ positione, & quod absolute præcesserit natura ad ipsum, dependet, acquiruntque est, & ne præcederet potuit per omissionem sub auxilio eodem impediri: foret enim tunc scientia media de conditionata omissione, nec ex scientia, quæ modo est daretur: si à Deo pro libero daretur, ut posset. An verò daretur? Puræ diuinationis, non autem disputationis Theologicæ negotium est.

7. Cum verò certum, constansque sit necessitatem absoluti contingentis, quæ ab vltimo exercitio libero causæ liberæ in eius absoluta positione pendet, ut sit, suoque loco fuerit, potuitque impediri, ne suo illo loco fuisset (tamen semel possum abici nequeat, & à suo illo loco sine contradictione amoueri) necessitatem consequentem logicam illatam, seu consequentiam ac libertati, & causæ liberæ, & effectus contingentis, non adiectam, sed amicam solummodo esse, non antecedentem, & libertati vtriusque adiectam: constans etiam ac certum esse debet necessitatem hanc extrinsecam, mutuoque, ut sic loquar, à futuritione conditionata acceptam, in eandem, atque coniuncto illi extrinsecam, nec causæ creatæ, nec effectus contingentis libertati absolutæ efficere posse: etsi ex suppositione coniuncti illius, & conditionatæ futuritionis, quæ consequentem illam necessitatem, ex quoque decreto, & scientia Dei purificaretur conditio inuoluti, atque in eandem illam deuoluat impossibilitatem logicam, & consequentem nequeat effectus non esse. Vnde, patet æquiuocationis fallacia, quæ tot alias ingeniosos nostros Recentiores decipit. Inquirentes, & excoGITantes modos à nobis impugnatos totis cert. 3. & 4. ut cum auxilio illo posito vinceret decreto regulato per scientiam mediam, nec aliunde in hac prouidentia exituro absolutam potestatem omni repugnantia exclusâ omittendi effectum illum inuenirent: cum coniunctum illud extrinsecus participatam necessitatem consequentem effectus absoluti supponat; tamen per totum intus in eum coniuncti illius, quod de se totum indifferens est, ut ostendimus, & quod solum naturæ priori effectum absolutum contingentem antecessit, causæ liberæ effectum contingentem omittere liceat potestatem antecedente.

8. Sed quæ inquires? absoluta potestas de facto adest ad absolute omittendum actum purificantem & ponentem absolute auxilium, quo absoluta potestas constituitur decreto illo vniuerso regulato per scientiam mediam ut inde futurio illa conditionata à liberæ nostræ potestatis absoluti exercitio obiectiue pendat solumque consequentem necessitatem auxilio de facto posito inducat? Nisi enim pro naturæ priori decretum absolute præcedat positione, de facto, auxilium quod de facto ab eo vniuerso pendet absolute non est; ac subinde neque ad actum absolutam illa nostra potestas, quæ illo absolute posito essentialiter constituitur. Si autem pro naturæ priori decretum illud positione præcedit, ut absolute auxilium, & potestas nostra, quæ ad actum de facto est, consistant, nulla est absoluta potestas ad eius omissionem nisi chymærica: cum decretum illud essentia sua futuritionem conditionatam constituat, & supponat, vtpote per scientiam mediam essentialiter regulatam, atque essentia item sua auxilium (purificationem, scilicet, conditionis qua conditionata actus futuritio in absolutam necessariam transit) pro naturæ priori ad actum ipsum deuoluat: ac subinde absolutam eius omissionem reddat pro eodem priori impossibilem: quare neque ab exercitio vltimo libero absoluto nostræ absolutæ potestatis, quæ eo decreto ponitur, potest conditionata actus illius futuritio obiectiue pendere. Respondetur potestatem absolutam ad actum, vel eius omissionem emittente, & auxilij, & voluntatis nostræ adæquate constitui; cuius actiua vis ad vtrumvis, nec augetur, nec minuitur aut decuratur, à

Christoph. de Ortega de Deo Vno, Tomus II.

quouis decreto ponatur illam complens auxilium; nec determinatur ad aliquod extremum, impediturque ad aliud apponendum, nisi id quod ipsam antecedit totam de se, & intrinsecam habeat cum altero physicam connexionem, & cum altero extremo impossibilitatem afferatque: eam autem decretum illud regulatum per scientiam mediam de se, & intrinsecè non habet, nec affert, licet ratione futuritionis conditionatæ, quam essentia sua mediatur supponit, & conditionis purificatione, seu auxilij indifferenter absoluta positione, cui causaliter connectitur, Logico solum, & illationis transitu conditionatus actus transeat in absolutum: ea verò conditionata futuritio quæ supponitur, obiectiue solum ad scientiam & decretum illud ac verificationem non autem physicè actiue supponitur: quo in genere obiectiue ab absoluta actus futuritione pendet ut prius sit, sicuti, & scientia, & decretum illud: quæ prouidè, etsi hanc physicè causent dum sunt, obiectiue tamen ab ea causa sunt; ut essent, eamque in alio genere causalitatis, vti iam dico.

9. Et hæc quidem pro difficultatis huius aperta solutione sufficiunt; sed duo adhuc fors ab acuto aliquo contra hanc doctrinam, & solutionem obicienda, etsi aliunde petita. Primum futuritionis conditionatæ constantiam, & obiectiuam consistentiam, & veritatem à contingentis absoluti positione non pendere: quandoquidem plura futura conditionata suo modo sunt, & quæ obiectiuam consistentiam, & veritatem habent, quin conditio purificetur, & contingentia conditionata transeat in absolutam, à quibus, ut absolute possitis, ipsorum, ut conditionatorum, veritas, & constantia obiectiua dependet, verum cum futuritio illa contingentis effectus conditionata sub conditione sita etiam, & eius, & veritatis dependentia absolute à contingente effectui non est, quovis purificata conditione effectus absolute sit: certum quippe est hoc genere dependentiæ obiectiue, ac verificationis apud omnes: non ideo verum contingentis absolute conditione purificata esse, quia foret, si conditio poneretur, conditionatè verum fuisse, contra: quia posita absolute conditione absolute consensus est aut erit, fore conditionatè, si poneretur, verum. Sicut ergo ea futuritio suspensa est; ita, & dependentia, quovis quæ apponatur conditio: quarum autem non apponitur absoluta ab effectu absoluto sub illa non est; sed suspensa solum dependentia ab illo manet. Secundò fors aliquis opponat. Scientia media absolute præcedit absolutum contingens quod ex medio, seu conditione absolute etiam ex scientia media posito est: ergo nequit ea scientia media à contingenti absolute pendere: quin inter causam, & effectum absolute existentes, ut causent, detur mutua causalitas: quam, scilicet, ut repugnantem, adhuc in diuerso genere, excernamus. Respondetur mutua causalitatem vtriusque physicam causarum existentium absolute, ut causent, repugnare: physicam vero ex parte vnius, non autem physicam ex parte alterius, sed merè obiectiuam, & verificationis seu verificationis sui obiecti ex parte alterius non repugnare. Et hanc quidem solum habet scientia conditionata, & mediam, à contingente absolute ex conditione, seu medio absolute posito per scientiam mediam, quæ prouidè ipsum physicè causat, & naturæ priori absolute præcedit. Siquidem eatenus solum, ac non aliter aliæ dependentia à contingente illo absolute pendet mediatur, & suo modo quatenus eius scientiæ obiectum, nempe contingens conditionatè futurum, eiusque obiectiua veritas, & consistentia, quam scientia illa supponit à contingente absolute, purificata conditione, obiectiue, & verificatione pendet: dependentia autem eiusdem pro statu conditionato, & pro quo absolute non est; à se ipso in statu absolute physica esse non potest, quæ eiusdem ad seipsum esse nequit: sicut, nec nisi ad statum absolute physice dependentis, & effectus sui terminati, ut cunctis Philosophis est notum. Obiectiones paralogisticas plures mitto ex dictis solum faciles, quippe quæ eandem vtilis & minimis difficultatem replicant, nō augent.